Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium nonum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Contra divisionem dicitur: dantur plures oppositiones quam istae, ergo divisio non est adaequata. consequentia patet ex bona divisionis legibus. antecedens probatur. nam dantur oppositio relativa et privativa sed istae duae non continentur sub assignatis oppositionibus. ergo.
R. illas oppositiones esse rerum seu terminorum non tantum propositionum de quibus sive noster sermo est. et sic negandum quod divisio non sit adaequata.

Dubium Nonum

Quid sint Oppositio Contradictoria. Contraria. Subcontraria et Subalterna

Contradictoria oppositio quae?

Contradictoria vel contradictio est oppositio duarum propositionum quarum una universalis; alia particularis: una affirmativa, alia negativa: una vera, altera falsa.
V. G. Omnis homo est doctus, aliquis homo non est doctus.
Dictum est, quarum una universalis, alia particularis, quod ita intelligendum est, si subiectum propositionis sit capax universalitatis. Si enim non possit habere universalitatem seu distributionem, tunc haec non definit vera contradictio: ut istae propositiones.

Distributio non semper requiritur in contradictione.

Petrus

Petrus est albus. Petrus non est albus, vere contradicto-
rie opponuntur, quia formam contradictionis imitantur
quo ad veritatem et falsitatem, affirm. et negationem:
licet non quoad quantitatem. Et hinc solent
tales vocari oppositae contradictoriae de Lege.
quasi contradictoriarum leges observent.

Opposites Contradictoriae quomodo vocentur?

Ubi nota plures esse terminos universali-
tatis seu distributionis plane sunt incapaces
1o. Terminus singularis ut patet, quia ipse sese ca-
ret inferioribus, quod ad universalitatem petitur. 1. Term: singularis est incapax distributionis.

2o. Term: Collectivus, collective supponens dis- 2. de term: singulari vide supra pag: 63. Item term: Collectivus collective supponens. de quo. 68.
tributionem nullam admittere potest collective suppo-
situs. unde haec nulla est contradictio. Omnia elemen-
ta sunt quatuor. Omnium elementa non sunt
quatuor. quia subiectum sumitur in antecedente
sumitur collective. in conseq: distributive
quae ipsis inter se repugnant.

3o. Term: supponens simpliciter, non potest et 3. Item term: supponens simpliciter. vid: 146.
universaliter seu distributive sumi, non n.
licet dicere omnis homo est species. potius ex his oppositis
in quibus termini supponunt simpliciter nota
fieri contradictio. Ut cum dico homo est species, homo
non est species.

4o. Term: Supponens confuse, non potest et di- 4. Term: supponens confuse. 150.
stribui, alias statim variabitur suppositio, et nulla
erit contradictio. Licet in utraque oppositione term:
iste eodem modo supponens verum habere
possit contradictionem. Et idem dicimus de
terminis disiunctive sumptis ex parte unius
extremi. ut cum dico. dextra vel sinistra
auris requiritur ad audiendum.
His bene notatis facile poterunt contradicto-
riae oppositae agnosci.

Contra

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Contraria Oppo quæ?

Contrarietas ē Oppo duarum ppum in affae et negae in veritate, non tn falsitate et quantitate.

Nam utraq; ppio ē unilis; et utraq; pt esse falsa in mā contingenti. ut hæ duæ. Ois homo ē albq; nullq hō ē albq.. Vtraq; ppio pt habere particularem falsam sub se, ut ut tota unilis quædam falsa, posito casu q aliqs hō sit albq, et aliqs homo non albq.

Subcontraria Oppo quæ?

Subcontrarietas ē Oppo duarum propum particulariū in affae et negatione: in falsitate non tn veritate

Nam pt utraq; esse vera in mā contingenti, casu posito q Petrq disputet, et Paulq non disputet. utraq; enim erit vera, aliqs hō disputat, aliqs hō non disputat.

Subalterna Oppo qualis sit?

Subalterna ē Oppo duarum ppum in sola quantitate. Vna n. ē unilis, altera particlis.

Vnlis subalternans. Partis subalternata.

Vniversalis dr Subalternans: particularis subalternata, ut in tabula supra 167. posita videre ē. Et subalternans eo dr q se extendit q̄ua subalternata, ut ois hō ē albq. aliqs hō ē albq. quia se ad plura extendit quam īa. Et vero hinc ē. q subalternans ē illa ex qua infert subalternata: quo subalternans plq dicit et ad plura se extendit, quā subalternata.

Leges

Leges sunt Oppositionum quas auctor aut: | Leges Oppositionum.
assignant, eo ipsis ratione naturae fiunt
Lex Contradictoriarum est quod non pos- | Lex Contradicto-viarum.
sint esse verae nec simul falsae. Ita
si una est vera altera debet esse falsa.
Si vero una est falsa altera debet esse vera.
Et si una debet esse affirmativa altera negativa.
Ratio huius legis fundatur in illo principio
luminis naturae notissimo, quod est hoc. De quo-
libet verum est affirmatio vel negatio. Aut quod- | Axioma primum.
libet est, vel non est. Si n. duae contradictoriae
possint esse simul verae. V. g. istae. Petrus est
albus. Petrus non est albus. Sequitur statim, non quod-
libet est, vel non est. Siquidem aliquid esset et non esset al-
bum. et pari ratione si possent esse simul falsae
sequeretur statim non quodlibet esse vel non esse.
quia aliquid non esset et esset album
Insita est itaque haec Lex contradictoriarum
ipsis hominum mentibus quae statim iudicare possunt
per lumen naturae, ista duo plane inter se repug-
nare, Petrum habere albedinem, et non habere
aut non habere albedinem ~~aut~~ habere albedinem:

Lex Contrariarum est Haec. Duae oppositae | Lex Contrariarum.
contrariae non possunt esse simul verae.
Ratio huius legis est ista. Si duae contrariae possent
simul esse verae possent et dari duae contradic-
toriae simul verae, consequens est absurdum
ex lege ut patet contradictoriarum et lumini
in naturae repugnans. Ergo probatur sequela.
Nam ex una oppositione universali sive vera est, recte
infertur particularis vera, quae contradictorie oppo-
nitur

nitur alteri contrariae verae. v. g. si istae propositiones contrariae, omnis homo est albus, nullus homo est albus essent simul verae, istae particulares etiam essent verae, aliquis homo est albus. aliquis homo non est albus. Cum ergo ex istis opponatur contradictorie, contraria universali negativae, et 2a universali affirmativae, sequitur manifeste dandas esse duas contradictorias simul veras. Ratio huius a priori potest esse ista nam universalis propositio ut sit vera petit ut omnes propositiones sub illa contenta verae sint. nam si una est falsa; tota universalis erit falsa: quod autem omnes contenta sub illa debeant esse vera patet. quia universalis est subalternans, ergo non potest esse quod illa sit vera, et non omnes sub illa contentae verae sint. et ergo cum quaelibet particularis propositio contradicat propositioni universali verae, evidens erit posse dari simul duas contradictorias veras.

Lex subcontrariarum.

Lex subcontrariarum est haec. Subcontraria non possunt esse falsa simul. probatur. si darentur duae subcontraria falsa, tunc duae universales, ex quibus illae inferuntur, essent simul verae. sed hoc non est dicendum: nam alias darentur duae contrariae simul verae. probatur sequela. nam utraque subcontraria propositio est contradictoria, alterius contrariae universalis. ergo si ambae falsae sunt, illae duae universales contrariae, erunt simul verae. patet consequentia. quia una contradictoriarum debet esse vera; quod in hoc exemplo clarius videri potest. v. g. si istae duae propositiones subcontrariae, aliquis homo est albus. aliquis homo non est albus sunt simul falsae, tunc contradictoria illius primae propositionis particularis affirmativae, erit vera: universalis scilicet negativa nullus homo est albus: et contradictoria 2ae propositionis particularis negativae, quae est universalis affirmativa omnis homo est albus erit et vera. sed universalis affirmativa et negativa sunt contrariae, ergo darentur duae contrariae simul verae

quod

quod esse nequit per dictum supra assignatum.
Pro subalternis et lex aliqua potest assignari. Lex subalter-narum.
imprimis patet illas esse simul veras, ita ut una
inferatur ex alia, si n. subalternans possit esse
vera, et subalternata falsa, tunc darentur
duae subcontrariae falsae; quod nemo ad-
malit. Probatur hoc. Si n. haec propositio subalternans
omnis homo est albus sit vera, contradictoria illius aliquis
homo non est albus, erit falsa: ergo si propositio subalter-
nata, aliquis homo est albus sit et falsa, dabuntur ambae
duae subcontrariae falsae: ista videlicet
aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus, quod tamen
est contra legem subcontrariarum.
Cum hoc stat quod in materia contingenti subal-
ternata possit esse vera licet subalternans
sit falsa. v.g. posito casu, quod aliquis homo sit albus
et non omnes homines sint albi, tunc vera erit
illa subalternata, aliquis homo est albus. falsa
vero subalternans omnis homo est albus. ex quo nil
absurdi sequitur, solum infertur duas contrarias
posse esse simul falsas, quod libenter concedimus.
neque in hoc casu illa perfectis vera propositio
dici potest subalternata, cum non inferatur ex
unita affirmativa ut sic, nam alias esset et falsa
quod est contra factam hypothesim.
Quaeres hic an propositioni hypotheticae, quae clauditur
in se duas contradictorias v.g. huic, Petrus
currit et Petrus non currit; possit alia con-
tradictoria exprimi et assignari? Quaestio de propositione hypothetica.
R. Affirmative; huic propositioni, Petrus currit et Petrus non
currit, potest contradictorie exprimi ita; non Pe-
trus currit, et Petrus non currit. Et probatur. Nam
solum vulgare dialecticorum axioma non est

me

ē melius contradicere quam toti propositioni negationem ad verbalem proponere; quod de propositionibus hypotheticis nescio verum est, ut supra diximus: sed assignandae propositioni tota negatione sibi oppositam, ergo contradicet alteri affirmativae, Petrus currit et Petrus non currit.

Obiectio 1a. de contradictoriis.

Obiicies 1o. Istae sunt duae contradictoriae, homo est species, nullus homo est species: et tamen istae sunt simul verae. ergo possunt dari duae contradictoriae simul verae. maior: patet; probatur minor: prima namque verissima est; secundam quoque veram esse declaratur descendendo per singula inferiora v.g. iste homo non est species, et iste non est species et sic de aliis, ergo nullus homo est species. ergo erit et illa vera.

Non esse contradictorias quia variat suppositio simplex in personalem.

R. Quod istae propositiones non sint contradictoriae, nam quia variatur suppositio simplex in suppositionem personalem. ut enim esset contradictoria deberent hoc modo poni, homo est species, homo non est species, et tunc non sunt simul verae, sed prima vera, altera falsa.

Obiectio 2a de Contrariis.

Obiicies 2o. Istae sunt duae contrariae propositiones, unusquisque hominis oculus est dexter, unusquisque hominis oculus non est dexter; et tamen sunt simul verae, ergo possunt dari duae contrariae simul verae.

Non esse Contrarias

R. Istas propositiones non esse contrarias, quia terminus distribuitur in una, distribuitur in altera quod est contra naturam oppositionis, quae debet exerceri inter terminos servantes eandem suppositionem.

Obiectio 3a. de subcontrariis.

Obiicies 3o. Istae sunt duae subcontrariae quidam homo omnis animal est, quidam homo nullum animal est, et tamen sunt simul falsae. ergo possunt dari duae subcontrariae falsae probatur minor. descendendo sub subiecto disiunctive, nec iste homo est animal, nec iste, nec iste etc:

2a est, nec iste hõ nullus est albus, nec iste, nec iste. Ergo ambæ sunt simul falsæ.
R. Has propositiones non esse subcontrarias, quia in subcontrariis servanda est ista conditio, ut communis term: distributus in una non debet distribui in altera, sed debet particularizari, ut hic non fit. Non esse subcontrarias.

Dubium Decimum

Quid sint Aequipollentia et Conversio propositionum.

Aequipollentia est æquivalentia duarum propositionum iisdem extremis constantium quæ sub signorum varia forma mutuò se se inferunt.

Est dicere illas propositiones sunt æquipollentes quæ cum habeant idem subiectum et prædicatum, habent etiam eundem sensum et significationem convenientem sub diversis signis, quibus significantur. v.g. istæ propositiones: non omnis homo est albus, et quidam homo non est albus, sunt æquipollentes, in utraque enim est idem subiectum et prædicatum, idem sensus et significatio, quod omnino efficit illa particula negativa, primæ propositioni coniuncta.

et etiam